

ORDO

Divini Officii Recitandi Missæque Celebrandæ

JUXTA DECRETUM S. R. C. DIEI II DEC. 1912

ET PER ALIA DECRETA DIEI 28 MARTII 1914 ET DIEI 9 JULII 1919

REVISUS AC ADPROBATUS

AD NORMAM BULLÆ DIVINO AFFLATU

SS. DOM. N. RI PII PAPÆ X DIEI I NOVEMBRIS 1911

ET AD TRAMITEM NOVARUM RUBRICARUM

IN USUM ECCLESiarUM ET CLERI

SACRI MILIT. ORDINIS CONSTANTINIANI S. GEORGII

SUB REGULA S. BASILII MAGNI

PRO ANNO DOMINI 1922

ILL. MI AC REV. MI DOM. JOANNIS DE SANGRO

EIUSDEM SACRI ORDINIS MAGNI PRIORIS

JUSSU EDITUS

DE MANDATO REGALIS CELSITUDINIS


ALPHONSI BORBONII CASERTÆ COMITIS

MAGNI MAGISTRI

SUB AUSPICIIIS E. MI AC REV. MI DOMINI

VICTORII AMADEI CARDINALIS RANUZZI DE BIANCHI

EIUSDEM ORDINIS PROTECTORIS



NEAPOLI

EX TYPIS PONTIFICIIS M. D' AURIA

1922

Sacer Militaris Ordo Constantinianus Auratus Angelicus subest quoque in spiritualibus eminenter Magno Magistro, uti vero Ordinario suo, justa id quod Clemens XI in Bulla « *Militantis Ecclesiae* » 1718 concessit decrevitque. Ast idem Ordo in spiritualibus subest in re immediate Magno Priori veluti celsiori Ecclesiastico seu Praelato, et suo Praesuli.

Notandum tamen quod modo ea quae spectant jurisdictionem Ordinariam manent suspensa ad Sanctae Sedis Nutum, juxta id quod expresse declaravit anno MCMVII *Magnus Magister Alphonsus*. Et sub eadem expressa conditione ab ipsa Regali Celsitudine Magni Magistri ad supremam dignitatem Magni Prioratus evectus fuit qui nunc in Ordine praest : .

Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Joannes De Sangro, Abbas, e Ducibus Casacalenda, Campolieto, Telese, Senise, ex Principibus Chiusano, ex Optimatibus Solopaca, ex Comitibus Casteldilino, ex Magnatibus Hispan. I Classis, Patricius Neapolitanus, utriusque Juris Doctor atque in Facultate juridica Archiep. Neap. Professor, in Aede Sacra S. Januarii Praelatus, Eques Torquatus Professus hujus Sanctae Religionis et Inclyti Ordinis Constantiniani a S. Georgio.

MONITUM

1. Nemini ex Sacerdotibus ad S. M. Ordinem Constantinianum pertinentibus liceat hoc Kalendarium uti, nisi a die, qua in possessionem Ordinis immissi fuerint. Obligantur autem ad istud observandum quotquot ex iis Professionem Regulae ejusdem Ordinis rite emiserint.

2. Quod quidem Kalendarium adhiberi potest ac debet tum in Ecclesiis publicis ad Ordinem Constantinianum pertinentibus tum in Sacello seu privata Capella ejusdem Ordinis, et in Sacello Magni Magistri et Magni prioris.

3. Attamen omnino cavendum est ne in iisdem Ecclesiis aut Oratoriis, exteri aut alienigenae Sacerdotes admittantur ad Missae celebrationem, nisi ab ipsis observatae fuerint dispositiones et Decreta Ordinariorum locorum.

4. Pro collectis imperatis pro nostro Ordine habeantur, quae ab ordinariis locorum praescriptae sunt, nisi aliae pro opportunitate a Magno Priore adjiciantur.

S. CONGREGATIO RITUUM

Additiones et variationes in Kalendario Perpetuo in usum

S. ORDINIS MILITARIS COSTANTINIANI SANCTI GEORGII

A SACRA RITUUM CONGREGATIONE

revisae et adprobatae die 9 Julii 1919

10. Januarii — S. Familiae Jesu, Mariae Joseph, *du. pl. maj.* Com. Ss. Marii et Sociorum Mm. ac S. Canuti Regis Mart.
In Eccl. Prior. S. Familiae *dupl. maj.* Com. Oct. S. Marii et Soc. Mm. ac S. Canuti Regis, Mart.
17. » S. Antonii Abb. Patroni minus principalis Ordinis *dupl. 2. clas.* In Eccl. Magni Prioratus *dupl. 1. clas. cum octava.*
20. » Ss. Fabiani Papae et Sebastiani Mm. *duplex.* In Eccl. Prior. Com. Oct. S. Agnetis Virg. et Mart. *duplex.*
In Eccl. Prior. Com. Oct.
22. » Ss. Vincentii et Anastasii Mm., *semi-duplex.*
In Eccl. Prior. Com. Oct.
23. » S. Raymundi de Pennafort Conf., *semi-duplex* Com. S. Emerentianae Virg. et Mart.

- In Eccl. Prior. Com. Oct. ac S. Eme-
rentianae Virg. et Mart.
24. Januarii — S. Timothei Ep. et Mart., *duplex*.
In Eccl. Prior. Octava S. Antonii *dupl.*
maj. Com. S. Timothei Ep. et Mart.
(*duplex*).
- Februarii — Feria III post. Dom. Septuag. Ora-
tionis D. N. J. C. in Monte Oliveti *dupl.*
maj.
Feria III post Dom. Sexag. Comm.
Passionis D. N. J. C. *dupl. maj.*
17. Martii — S. Joseph ab Arimathea *dupl.* Com. S.
Patricii Ep. et Conf., (*duplex*).
24. » S. Gabrielis Archangeli *dupl. maj.*
26. » S. Boni Patronis Patr. minus princ. S. Or-
dinis *dupl. maj.*
Feria VI post Dom. I Quadr. Ss. Lancea
et Clavorum D. N. J. C. *dupl. maj.*
Feria VI post Dom. Passionis Septem
Dolorum B. Mariae Virg., *duplex maj.*
Com. Feriae.
3. Aprilis — S. Mariae Aegyptiacae Poenit. *dupl.*
23. » **S. Georgii Mart. Patroni princ. S.**
Ord. Militaris Constantiniani *dupl.*
1. class. cum Octava communi.
24. » S. Fidelis a Sigmaringa Mart., *dupl.*
Com. Oct.
26. » Ss. Cleti et Marcellini Pp. et Mm. *semidu-*
plex. Com. Oct.
27. » De Octava, *semiduplex.*
28. » S. Pauli a Cruce Conf., *duplex.* Com. Oct.
ac S. Vitalis Mart.
29. » S. Severi Ep. et Conf. *dupl.* Com. S. Pe-
tri Mart., (*duplex*) ac Oct.
30. Aprilis — Octava S. Georgii Mart. *dupl. maj.*

11. Maii — S. Catherinae Senen. Virg. (d. a. ex 30
» Apr.) *duplex*.
24. » B. M. V. titulo Auxilium Christianorum
dupl. maj.
30. » S. Ferdinandi Reg. Conf. Patr. min. princ.
Ord. *dupl. maj.* Com. S. Felicis I Papae
et Mart.
Sabbato post. Oct. SS. Corporis Christi
Purissimi Cordis B. M. V. *dupl. maj.*
14. Junii — **S. Basilii Magni Ep. Conf. et Eccl.
Doct., Ordinis Legislator duplex 1.
classis.**
2. Augusti — S. Alphonsi Mariae de Ligorio Ep.,
Conf. et Eccl. Doct., Patroni minus princ.
Ord. *dupl. maj.* com. S. Stephani I Pa-
pae et Mart.
- 9 » S. Emigdii Ep. et Mart. *dupl.* Com. Vi-
giliae ac S. Romani Mart.
18. » S. Elenae Imperatricis Vid. Patr. min.
princip. Ord. *dupl. maj.* Com. Octavae
Assumptionis ac S. Agapiti Mart.
19. » S. Rochi Conf. *dupl.* Com. Octavae.
25. » S. Ludovici Regis Conf. *duplex*.
14. Septembris — **Exaltatio S. Crucis Tit. Ord.
dupl. 1. classis.**
19. » S. Januarii Ep. et Sociorum Mm.
Patr. minus princ. Ordinis *dupl. maj.*
In Archid. Neapolitana S. Janua-
rii Ep. M. *dupl. 1. class. sine Octava.*
22. Octobris -- S. Mariae Salômae *dupl. maj.*
23. » SSmi Redemptoris *dupl. maj.*
24. » S. Raphaelis Archang. *dupl. maj.*
25. » **Dedicatio Omnium Ecclesiar.
Consecratarum S. Ordinis dupl.
1. class. cum Octav.**

26. Octobris — De Octava *semidupl.* Com. S. Evaristi Papae et Mart.
 27. » De Octava *semidupl. Com. Vigiliae.*
 29. » De Octava *semidupl.*
 30. » De Octava *semidupl.*
 31. » De Octava *semidupl. Com. Vigiliae.*
 1. Novembris—Omnium Sanctorum, *duplex 1. classis cum Octava*—Com. diei Octavae Dedicacionis (*dupl. maj.*).
 5. » Sacrar. Reliquiarum quae in Ecclesiis Ordinis asservantur *dupl. maj.* Com. Octavae.
 27. » S. Jacobi Piceni, Conf. *dupl.*

S. ORDINIS MILITARIS CONSTANTINIANI S. GEORGII

Praesens Kalendarium, juxta Rubricas et Decreta novissima redactum, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro *Benedicto Papa XV* tributarum, revisione rite peracta, recognovit ac probavit, illudque in Sacro Ordine Militari Constantiniano Sancti Georgii Mart. adhiberi mandavit: servatis de cetero Rubricis et Decretis, praesertim quoad Festa Dedicacionis et Titularis Ecclesiarum nec non Patronorum ejusque loci. Contrariis non obstantibus quibseumque.

Die 9 Julii 1919.

(L. ✠ S.) A. CARD. VICO Ep. Portuen. *Praefectus*
 ALEXANDER VERDE S. R. C. *Secretarius*